



EPICEDIUM
 MATRONAM ^{QVO} NOBILISSIMAM
 SPECTATISSIMAMQVE
ELEONORAM
 NATAM **KUPITZIAM**
 VIRI SUMME REVERENDI ET EXCEL-
 LENTISSIMI
IOANNIS HEINRICI
MICHAELIS

S. S. THEOL. ET SACR. LINGG. PROF. PVBL. ORDIN.
CONIVGEMLECTISSIMAM
 POSTVLTIMA FATA QVAE SVBIT
 D. XXIX. OCTOBRI ANNI c1s 18ccx1
 IN HAC SALINARVM VRBE
 DECENTIVM OFFICIO
 IN SOLATIVM MOESTISSIMI VIDVI,
 PRAECEPTORIS AC HOSPITIS SVI
 SUMME COLENDI
 PROSEQVI VOLVIT,
 DEBVI,

OTTO ANTONIVS REYHERVS.

HALLAE - MAGDEBVRGICAE
 Literis IOHANNIS GRVNERI, Acad. Typogr.

ELEONORAM
 KUPITZIAM
 IOANNIS HEINRICI MICHAELIS
 S. S. THEOL. ET SACR. LINGG. PROF. PVBL. ORDIN.
 CONIVGEMLECTISSIMAM
 POSTVLTIMA FATA QVAE SVBIT
 D. XXIX. OCTOBRI ANNI c1s 18ccx1
 IN HAC SALINARVM VRBE
 DECENTIVM OFFICIO
 IN SOLATIVM MOESTISSIMI VIDVI,
 PRAECEPTORIS AC HOSPITIS SVI
 SUMME COLENDI
 PROSEQVI VOLVIT,
 DEBVI,
 OTTO ANTONIVS REYHERVS.





Ulc adeste,
 quibuscunque humanarum rerum vices admirari curae est:
 pendite, considerate,
 animoque vestro paulo penitius inspice,
FATUM INEVITABILE
 miserasque hominum condiciones,
 quibus illi, quoad viuunt, obnoxii sunt,
 nullo neque generis, neque aetatis, neque sexus, neque morum discrimine;
 animaduertetis varios
 non inanes, non leues, non ridiculos fortunae motus & lusus,
 sed casus, plenos labore, molestia, fletu,
 quippe quae fauet hodie cras inuider;
 quae tristes paulo momento exhilarat,
 hilares vero longioribus curis contristat
 ac perpetuis doloribus exanimat.

Deplorabitis
 de iure communi
 vitam humanam eodem modo comparatam esse,

ut,
 quum vix corporibus aegris inhabitare coeperit,
 egrediatur, emigret, evolet:

non secus
 ac viator viam,
 volucris volatum,
 navis cursum,

opinionae citius deproperans,
 ac nullum

nec plantae, nec volae, nec itineris
 quarentibus vestigium relinquens.

Lugebitis

non sine iusto dolore & largo lacrimarum flumine
 funestissimum exemplum
 in funere

Matronae Nobilissimae atque Spectatissimae¹

ELEONORAE natae **KUPITZIAE**

Viri Excellentissimi atque Summe Reverendi

IOANNIS HEINRICI MICHAELIS

S. S. Theol. & Lingg. Sacr. Prof. Publ. Ordin.

VXORIS longe desideratissimae,

cheu conspicuum.



Heu quantum occidit pietatis & piæ industriæ lumen !
Quantum decus periit !
non vni , sed vtrique sexui funestum prorsus ac letale
idque in optimo ætatis flore.

Tristes reliquit cognatos acerbo funere
non leuiter vulneratos:

quin

IPSVM MARITVM reliquit viduum, moestum
ac sine oblectamento aliquo inter labores languentem,
miseratione certe dignum.

Res sane luctuosa,

nunquam satis nec mihi, nec aliis deslenda:

quod,

quum vix se invicem noscere homines coniuncti,
ac penitius inspicere cœperint,
studia alterna , mutuum amorem, fidem moresque laudabiles,
tristi fato disungi soleant,

& vi summa divelli ac plane dirumpi.

Facile colliges,

quam non leuiter vulneratum sit pectus

EXCELLENTISSIMI VIRI

hac desideratissimæ VXORIS morte

& præmaturo ejus ex hac vita discessu.

At

hunc facile nobis mitigabit dolorem

MATRONÆ beate defunctæ eximie virtutis fama

non candido marmori gelido ac debili
sed memorie candidæ, calidæ, æternæque
infulpenda.

Solabitur moestos

felicior, imo felicissimus ac beatissimus status,
his nostris sordibus minime comparandus,

in quem

fato benigniore supremi Numinis

post vltimam fidei pugnam feliciter depugnatam

victricibus palmis ac diademate regio condecorata.

placidæ mortis interuentu ac beneficio

adscendit, euolauit.

Nostris interim oculis

tristereliquitfunus:

sed præstantior illius pars,

anima CHRISTO per fidem sociata

gaudia adiit parata,

nullo vnquam nec laborum nec sollicitudinis strepitu interrumpenda.



NOS
 forti reliquit tristissimae
 ac sequi iubet,
 vbi nulla amplius sollicitudo angit, nulla calamitas premit, nullus dolor
 excruciat,
 sed vbi sola est vita beata,
 ILLAM nimirum
 Ambrosiae iam fatiant,
 NOS
 tristes curae & sollicitudines interea vexant
 ILLAM nectar delectat
 nos perpetui laboris & miseriae aquae replent amarae & fastidiosae
 quid ergo nimiae indulgebimus
 tristitiae
 cur nos dabimus immodico dolori?
 gaudiis magis prosequenda,
 quae tam feliciter terrena coelestibus commutavit,
 Ultima sibi jammodo poscit
 debitosque funeri honores expetit,
 Terrae corpus inferitur,
 maiore gloria resurrecturum,
 Coelo locata
 ANIMA
 nescit lugere:
 ac nobis haec saltem relinquere videtur:
 MORS IANVA COELI.



2°

Gb 956,

ULB Halle
001 594 751



3

St 12

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

WONA





g

EPICEDIUM

QVO

MATRONAM NOBILISSIMAM
SPECTATISSIMA MQVE

DNORAM

UPITZIAM

REVERENDI ET EXCEL-
LENTISSIMI

S HEINRICI

CHAE LIS

ACR. LINGG. PROF. PVBL. ORDIN.

MLECTISSIMAM

MA FATA QVAE SVBIIT

CTOBRIS ANNI cto 1cccxi

SALINARVM VRBE

ENTICVM OFFICIO

I MOESTISSIMI VIDUI,

ORIS AC HOSPITIS SVI

MME COLENDI

ROSEQVI VOLVIT,

DEBVIIT,

TONIVS REYHERVS.

E - MAGDEBVRGICAE

NNIS GRVNERI, Acad. Typogr.

